



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Trigesima causa. Terdena claret cognatio spiritualis. Quinque quæstiones
trigesimæ casæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

C. V. ¶ Non licet mulieri dimittere, quem sciens servum accepit in virum.

Item ex eodem, c. 1. a

Si foemina ingenua acceperit servum, sciens quod servus esset, habeat eum; quia i omnes unum patrem habemus in caelis. Vna lex erit viro & foemina.

¶ Quia omnes unum patrem h. in c. Verba haec non sunt in Capitularibus, nec apud Ivo nem part. 8. c. 52. ubi ipsa citat capitularia. Sunt tamen apud eundem c. 164. ubi refert ex concilio apud Vercemeriam, quemadmodum patet Gratianus.

C. VI. ¶ Servitutis occasione dimitti non valet, quis post controversiam status se in libertatem assuevit.

Item Gregorius lib. 6. epist. 1. seu cap. 165. ad Fortunatum Episcopum.

Cujus rei causa cum matre sua huc compulsa anno praeterito praesentium venerit latrrix, fraternitas tua cautius b novit, quia e scilicet maritus suus vester clericus ob hoc, quod de servili fuerat conditione pulsata, a suo noscitur eam removisse consortio, vobis que hic positos afferunt promississe, ut si probare se liberam, adjuvante Domino, valuisset, suo eam vos conjugio reformaretis. Fraternitas igitur vestra cognoscat, quod revelante Deo libertatis auctore, approbata sit libera, nulla que in ea macula servilis inventa est. His ergo cognitis, sine mora aliqua suo per vos eam volumus marito restitui, nec ulterius idem vir ejus argumenta sibi occasionis d exquirat, quibus eam possit abjicere. Nam si a vobis (quod non credimus) minime fuerit adimpletum, eam quis recipere forte distulerit, nos illud cognoscatis cum districta vindicta correpturos.

Cum dicitur c. [sciens illum servum,] datur intelligi, quod si noscires illum servum esse, non cogitur cum eo manere. Quia ergo hac & persona & conditionis dolum passa est, non cogitur ad haerere, cujus fraude decepta est: si vero liberum acceperit, & illi, ut causam praestes distulit, se abiecit servum fecerit, nec ille uxorem dimittere, nec illa ad vinculum conjugii in servitutem redigi poterit.

C. VII. ¶ Occasione conditionis dolorem mutatis, vir non discedat ab ea, quam libertatis tempore accepit.

Unde in Triburicensi concilio.

Perlatum f est ad sanctam synodum, quod quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem, & post filiorum procreationem occasione divortii eam eandem servum fecerit, utrum necessarii mulierem tenere debeat: & si tenuerit, utrum illa quoque secundum secularem legem servituti subijci debeat, quaesitum est. i. iudicatum est, uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in servitutem redigi: dum ille non ex consensu conjugis se servum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

¶ Quaesitum est [Haec duo voces absunt a ceteris collectoribus praeter Magistrum. Lex vero secularis, cujus hic mentio fit, est inter leges Longobardorum, ut in glossa dicitur.

Quaeritur etiam, si servus unus, alterius ancillam acceperit, an sit conjugium inter eos.

a Et Capitul. lib. 3. cap. 18. 4. Sentent. ibidem. Burchard. lib. 9. cap. 27. Ivo part. 8. cap. 52. & 55. Pannorm lib. 6. c. 42. b al. a. c. utru. c al. quam quia. orig. & abo verborum ductu. d al. aliqua occasione. e Infra, eadem, si famina. Sentent. ibidem. f Sentent. 4. distincti 36. Burch. lib. 9. cap. 75. Ivo p. 8. c. 225. Pann. lib. 6. cap. 99.

C. VIII. ¶ Legitima servorum conjugia sua auctoritate Domini non dirimant.

De his ita statutum est, in Concilio Cabilonenfi II. a cap. 30.

Idem est nobis, quod quidam legitima servorum conjugia b potestativa quadam praesumptione dirimant, non attendentes illud Evangelicum c. [Quod Deus conjunxit, homo non separat.] Vnde nobis visum est, ut conjugia servorum non dirimantur, etiam si diversos Dominos habeant; sed in uno conjugio permanentes, Dominis serviant suis. Et hoc in illis oblatendum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem Dominorum.

CAUSA XXX.

Uidam populorum frequentia impeditur, filios suorum de baptismate suscipere, dum credentes se alienum suscipere: uxor autem ejus, dum calide vult suscipere proprium, suscipit alienum: quem vir abiecit sibi in filium, & ex uxore sibi filium genuit, quam filio suo adoptivo, spirituali uxoris, duxerit, esset in carnalibus, tradidit. Post triennium uxor mortua, & compatri ejus, uxoriam compatri uxoris sua vir clam sibi desponsam: ad quod tempore effluxit, & alius eam duxit in uxorem.

- 1. Quaeritur primum, an uxori sua debitum reddere valeat, qui propria filium de sacro baptismate suscipit.
2. Secundo, an sponsalia contrahantur inter infantes.
3. Tertio, an spirituales, vel adoptivi filii naturalibus copulari valeant.
4. Quarto, an uxorem compatri uxoris sua abieci ducere liceat.
5. Quinto, an clandestina desponsatio manifeste praedicit.

QVAESTIO I.

Quod uxorem propriam filium in spirituales sibi transiens, uxori sua debitum reddere non valeat, ratione & auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate permittitur, ut quis commatri sua carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam sibi commatrem effecit: non ergo illi ulterius carnaliter copulari poterit.

C. I. ¶ Separentur viri ab uxoribus, qui aliquo casu natos proprios eorum Episcopo tenent.

Unde Deus dedit sancta Romana ecclesia Episcopus, scribit Geritano Hispanensi i ecclesia Episcopo, & fratri charissimo.

Peruenit ad nos Diacopus vester, sanctitatis vestrae epistolam deferens, quod quidam viri & mulieres, praeterito sabbatho paschali die pra magno populorum, incursum nescientes proprios filios susceperunt ex lavacro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri ac mulieres ad proprium utrum redire, an non. Nos vero moesti ex hac re inquisivimus priorum Patrum nostrorum dicta. Invenimus autem in archiepiscopis hujus Apostolicae sedis, jam talia contigisse in ecclesiis Mauriae, Ephesiorum, simulq; Hierosolymis, aliarumq; civitatum 2. Episcopis etiam eorum civitatum ab his

a Et in Capir. adjectu, cap. 15. Sent. ibid. B. Burch. lib. 9. cap. 29. Ivo p. 16. c. 335. & part. 8. c. 167. Pann. lib. 6. c. 40. b al. matrimonium. c Matth. 19. d Sent. 4. dist. 42. Poly. lib. 2. c. 4. Anselm. lib. 1. cap. 29. Burch. lib. 7. cap. 44. Ivo part. 1. cap. 30. Pannorm. lib. 6. cap. 127.

Apollio



Apostolica sede volentibus scire, utrum viri ac mulieres ad propriam torum, beate memoria sanctissimi Patres, Iulius, Innocentius, & Coelestinus cum Episcoporum plurimorum, & sacerdotum consensu a in ecclesia Apostolorum Principis prohibentes talia præscripserunt, & confirmaverunt, ut nullo modo se in conjugio recipiant mulieres ac viri, quicunque b aliqua ratione susceperint natos proprios, sed separarent se, ne surgente diabolo tale vitium inolefcat. Scitis, quia quomodo sunt septem dona Spiritus Sancti, ita sunt septem dona baptismi à primo 3 pabulo sacra talis, & ingreſſa ecclesia, usque ad confirmationem sancti Spiritus per christiana. Ab hoc ergo primo Spiritus Sancti dono usque ad septimum nullus Christianus suam commatrem in conjugium suscipere debet. Et qui præsumptiſſi tandem in vinculo anathematis religitur, donec poenitentiam dignè egerit.

C. I. *Hippanensis* In fragmento huius epistola, quod est in tomis conciliarum, legitur Hispaniarum: apud Anselmum vero de Barchinensibus, Hispaniensis.

C. II. *Civitatium* Davo hic locus legitur in vetustis codicibus, & equaliter: aptius autem præcipue ex Anselmo est.

C. III. *Apitino* Idem factum est in hoc loco ex eodem Anselmo Barchinensibus, & fragmento epistola. Similia etiam leguntur apud Petram Damianam in involtione in Episcopum, monachos ad faculam revocatum.

C. IV. *Ab uxore separatur, qui filiastrum suum uxori Episcopo tenuit.*

Item ex concilio apud Vermerias, cap. 3.

Si quis filiastrum vel filiastram suam ante Episcopum tenuerit ad confirmationem, separatur ab uxore sua, & nunquam aliam accipiat.

Barchinensibus & *Ivo* parte nona, cap. 36, citant ex concilio apud Vermerias, & ab interestate Levantensi scriptum fuit in excerptu de veteribus libris B. Tindoni, citari ex eodem concilio. Idem autem *Ivo* parte, c. 302, & *Magister sententiarum* citant ex *Capitulibus*, ubi extat lib. 3, cap. 5.

2 pars. Contra vero scribit Nicolaus Salomiano e *Episcopi*, dicit.

C. III. *Non separatur à viro, qui filiastrum suum de sacro fonte levavit.*

Nolle desideras, utrum mulier, quæ viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte levaverit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo iungi posse de criminis, quia secundum sacros canones, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet coniugis dimittere conjugem. Pertinet autem ad ingens uxoris exitum, quæ habens odio virum, vel infirmitatem eius non considerans, quasi causa pietatis operatur impietatem: maxime cum Apostolus præcipiat: [Nolite, inquiens, fraudari invicem, nisi ex consensu ad rem, ut vacet orationi: & iterum revertimini in ipsum, ne tenet vos fatanas propter incontinentiam vestram.] Ergo si non ex consensu utriusque conjugis hoc factum esse probatur, non fraudentur invicem, sed revertantur in ipsum: præsertim cum dicat Apostolus, uxor sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.

2. al. Coarctum. b. al. qui quacunque ratione. c. Et Capit. lib. 2, c. 3. Et in Magisterio 1, c. 35. Sent. ibid. d. Burchard. lib. 17, cap. 22. Ivo p. 1, c. 302. & part. 9, c. 10. Pann. 1, c. 125. e. al. Salamini. f. Sentent. 4, dist. 42. Ivo p. 2, c. 136. Pannorm. lib. 6, cap. 174. Dist. 28, si qui docuerit, & dist. 21, quicunque. g. 1. Corin. 7.

C. IV. *Non separatur à viro, sed poenitentiam agat, qui filium suum coram Episcopo fraudulenter tenuit.*

Item ex concilio Cabilonensi 11. cap. 31.

Dictum a est nobis quædam foeminas debdiosè, quædam verò fraudulenter, ut à viris suis separarentur, proprios filios coram Episcopis ad confirmandam tenuisse. Vnde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram Episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quamdiu vivet, agat poenitentiam; à viro tamen suo non separetur.

C. V. *Separatur, & gravi poenitentia plectatur, qui filiam suam, vel spirituales matrem ducunt in uxorem.*

Item ex concilio Moguntinensi, c. 10. in clausura sancti Albani habito.

De eo b, quod interrogastis, si aliquis filiam suam in uxorem duxit, & de eo, qui cum commatre spirituali concubuit, & de eo, qui filium suum baptizavit, & uxor e eius eum de fonte suscepit, hac causa ut dissidium d conjugii ferret, si postea in tali copulatione possint permanere: de talibus sic respondendum est. Si filiam, aut commatrem suam aliquis in conjugium duxerit, separandos esse iudicamus, & gravi poenitentia plectendos. Si autem conjuges legitimi, unus, aut ambo, ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susceperent, si inuupti permanere voluerint, bonum est: sin autem, gravis poenitentia infidiatore iungatur, & simul maneat: & si pravaricator conjugii supervixerit, acerrima poenitentia mulctetur, & sine spe conjugii maneat.

C. VI. *Non separatur ab uxore sua, qui filiastrum suum coram Episcopo tenuit.*

Item Nicolatus Papa Rodulpho Bituricensi Episcopo.

De his, qui filiastrum suum ad confirmationem coram Episcopis tenent, id est, qui filios uxoris sue de viro prioris, dum christianantur ab Episcopis, super se sustinent, si in scientia f sicut asserit, fiat, licet sit peccatum, non tamen usque ad separationem conjugii puniendum est: lugeant tamen, & digna poenitentia hoc dilucens Domino dicant g. Delicta ignorantia nostra ne memineris.

C. VII. *Non separatur ab uxore, qui necessitate causa filium suum baptizavit.*

Item Ioannes Papa VIII. Anselmo Lemoicensi ecclesie Episcopo.

Ad h limina beatorum Petri & Pauli Apostolorum Principum hic præfens homo, nomine Stephanus orationis causa veniens, nostro præfularui suggerendo innotuit, quòd filium suum in extremo vita positum, nec dum baptismatis unda lotum, absentia scilicet sacerdotum, necessitate cogente baptizasset, eumque ipse propriis manibus retinendo suscepisset: atque pro huius negotio notitia tua patefacto, reverentia tua, quali rectitudinis zelo flagrans præfatum hominem à sua conjugè iudicaverit separandum. Quod, si fieri nullatenus debet, dicente scriptura i, à Domino iunctam esse viro uxorem, & [Quod Deus conjunxit, homo non separet.] Vnde & Dominus in k Evangelio, non dimittere posse uxorem suam, nisi causa fornicationis, a pertissime iuber. Quapropter & nos tanta auctoritatis iussione præcipue freti, dicimus omittendum i esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem l, si ne-

a. Sent. ibid. Burch. 17, c. 24. Ivo p. 3, c. 31. Pannorm. 17, c. 65. b. Sent. ibid. Burch. 117, c. 24. Ivo p. 3, c. 32. Pann. lib. 7, cap. 66. c. al. cuius uxore. d. al. dissidium. e. Ivo p. 1, c. 304. Pannorm. lib. 6, c. 126. f. al. si in scientia, ut asseritur, fit. g. Psal. 24. h. Sentent. ibidem, Polycarp. lib. 6, tit. 4. Anselm. lib. 10, c. 30. Ivo part. 1, cap. 306. i. Proverb. 13, iuxta 70. k. Matth. 19, l. al. sanctionem.



cesse fuerit facere, liberè conceditur. Vnde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte peccentem dimitteret, sacri unda baptismatis lavit, ut eum de potestate auctoris mortis & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi iam regnaturum a sine dubitatione transmitteret, bene fecisse laudatur: & idcirco suæ uxori sibi iam legitime sociatæ, impune, quamdiu vixerit, iudicamus manere conjunctum, nec ob hoc contra præfatas auctoritates divinas aliquatenus separari debere.

¶ *Epistola Iohanni octavi, ex qua sumptum est hoc caput, extat in bibliotheca Vaticana, scripta Anselmo Lemovicina ecclesie Episcopo, & in concilio Nicensensi, tempore eisdem Iohanni cum legato ipsius, & magna parte Episcoporum Italia & Gallia habito, in subscriptionibus est, Anselmus Lemovicensis ecclesie Episcopus. Itaque emendatum est, Lemovicina, cum antea legeretur, Lemovina.*

¶ *[Omittendum] Sic emendatum est ex aliquot vetustis, epistola ipsa, & Ivone. In ipsa etiam 34. quæst. 1. & 2. c. 1. Leo eundem verbum utitur, omittendum est, & inculpabile iudicandum, quem imitari videtur Iohannes voluisse. In vulgato erat, dimittendam non esse.*

¶ *3. pars. Filia c. dicitur spirituali non solum ejus, qui accipit, sed etiam ejus qui trine personis vocabulo eam sacro baptisate tingit. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ex peccata sua constituitur. Harum omnium flagitiosa conjunctio est, & eadem pœna plerenda.*

C. VIII. ¶ Tæpœnitentiæ ei inducitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam, violare monstratur.

Vnde Symmachus Papa ait.

C. Mnes d, quos in pœnitentiâ suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii, & ipsi, quos vel nobis suscipiuntibus, vel trine personis vocabulo merentibus, unda sacri baptismatis regeneravit. Sylvestrus quoque docens, admonet unumquemque sacerdotem, ut nullis causis fornicationis ad suam pœnitentialem accedat: quia scriptum est: [Omnes, quos in pœnitentiâ accipimus, ita filii nostri sunt, ut in baptisate suscepti.] Quapropter hoc scelus si quis perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam usque ad exitum vite jugi pœnitentiæ se subdat.

C. IX. ¶ De eodem. Item Coelestinus.

Si quis sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse. Idcirco fornicatio ista est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conversus in monasterio Deo usque ad mortem serviat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab officio deponatur, & peregrinando duodecim f. annis pœniteat, postea vero ad monasterium vadat, ibique cunctis diebus vite suæ Deo serviat.

C. X. ¶ De eodem. Item g.

Non h. debet Episcopus aut Presbyter commiseri cum mulieribus, quæ ei sua fuerint confessæ peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit, sic pœniteat, quomodo de filis spirituali, Episcopus quindecim annos, Presbyter duodecim, deponatur: si tamen in conscientiam populi devenierit.

Hæc inaque auctoritatibus apparet, quid sive proprium, sive tantummodo viri filium mulier de sacro fonte suscepit, non idcirco a viro suo esse separanda. Quod & de viro similiter oportet intelligi.

a al. regeneratam. b al. debuisse. c Sent. ibid. d Sent. ibidem. e Poly. l. 4. tit. 39. f al. quindecim. g al. Idem. h Poly. ibidem.

QVÆSTIO II.

Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Sed enim consensus contrahuntur, qui intervenire non potest, nisi ab utraque parte id intelligatur, quod inter eos agitur. Probatur ergo sponsalia non posse contrahi inter pueros, quorum aetate infirmitas consensum non admittit. Testatur hoc idem Nicolaus Papa, dicens.

C. I. ¶ Ante tempus consentiendi conjugium contrahi non potest.

Vbi non a est consensus utriusque, non est conjugium. Ergo qui pueris dant puellas in cubilibus, & converso, nihil faciunt nisi uterque pueros, postquam venerit ad annos discretions, consentiat, etiam si pater & mater hoc violaverint & fecerint.

¶ *In Decretalibus tit. de dispensatione impub. cap. 2. habetur initium huius capituli, & adiciuntur alia ex eo Nicolai scripta.*

¶ **[Consentiat]** In vulgari codicibus sequitur, nec est conjugium, nisi sit consensus utriusque: quæ verba ab Iohanne à priorisque manuscriptis.

QVÆSTIO III.

Quid b autem spirituales vel adoptivi filii naturalibus copulari non possint, Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum, cap. 2. testatur, ita dicens.

C. I. ¶ Qui de sacro fonte suscipitur, filius est ejus a quo suscipitur.

Ita c diligere debet homo eum, qui se suscipit de sacro fonte, sicut patrem. Item. ¶ Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio, quæ non est dicenda consanguinitas, sed potius habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos non arbitramur posse fieri quodlibet legale conjugium: quandoquidem, nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filii sunt, veneranda Romana leges matrimonia contrahi permittunt. Item. Si ergo inter eos non contrahunt matrimonium, quos adoptio jungit, quanto potius carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per celeste sacramentum regeneratio Sancti Spiritus unct? Longè igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia divina potius, quam humana voluntas, ut filius patris mei, vel frater meus esset, elegerit; prudentiusque ab alterna corporis commistione secernimur.

C. II. ¶ Filia spiritualis carnali filio nullo modo nubere potest.

Item Zacharias Episcopus servus servorum Dei: reverendissimo Theodoro Episcopo ecclesiastica Nicensensi.

Placium d nobis ita veneranda fraternitas obtulit, per quod sciscitari curasti, si liceat filio, cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate suscepit, suscipiam, id est, spiritualem ejus patris filiam (quod dicitur crudele est) in matrimonio accipere, quod apud te enotanter asseruisti contigisse. ¶ Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet, quia Dominus præcepit per

a Extra, de despons. impub. cap. 2. Panorm. lib. 8. cap. 122. b Sentent. 4. dist. 42. c Sentent. ibidem. Ivo p. 2. cap. 13. d Part. 7. cap. 34. Panorm. lib. 8. cap. 123. Ivo sermo 3. de rebus ecclesiasticis. d Polycarp. lib. 6. tit. 4. Anselmus lib. 2. cap. 27. Ivo part. 1. cap. 307. Panorm. lib. 8. cap. 124. e alio fonte. Moysen



Moysem, a dicens: [Turpitudinem i patris tui, vel matris, vel fororis non revelabis; turpitudinem enim tua est.] Cum ergo à propria consanguinitate jubemur abstinere, multo magis à spirituali nostri patris filia, omni exultatione aut argumento seposito; sub nimia diffinitione nos cavere convenit: ne in iram divini examinatoris, si quis tali facinore missus, minime retrinxi- turam luxuriam. Vnde & omnes 3 omnino cavendi sunt à tali sceleris commissione; ne in perpetuum pereant: sed hanc, qui hujus perniciose temeritatis auctor, animos salutem despiciens, impiissimo se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, & poenitentia digna submittere, quatenus ab æterna erudam damnatione animam eius liberetis.

¶ Turpitudinem] In decretis Zachariae (qua sunt in re- hysca) & apud Anselmum & Ironem habentur omnia ut in capite ii. Leonici.

¶ Clamergo] In eisdem decretis sic legitur, Turpitudinem enim non revelare dicitur, dum à propria consanguinitate precipitur abstinere. Multo magis, &c.

¶ Vnde & omnes] Apud Anselmum est, Vnde & omnes omnino cavendæ sunt talis sceleris commissiones.

C. III. ¶ Filius filiam, quam de sacro fonte suscepit, nullus tradere audeat. Item Zacharias & Deus dedit.

¶ Non oportet filiam, quam de sacro fonte suscepit, aliquando filio suo in matrimonium tradere; quia in divina sententia germani esse inveniuntur. Si quitali facinore commissus minime retrinxi- turam luxuriam, ab ecclesia catholica abominabitur. Sed si con- vitas fuerit, post separationem septem annis poenitentiam gerat. Conditis firmis cum auctore à sit ista conditio: id est, simul cum cooperatoribus & consentien- tibus poeniteat.

¶ Pars. Filius vero, sive ante compaternitatem, sive post nati- vitatem, loci conjugii possit.

C. IV. ¶ Filius vel filia, ante vel post compater- nitatem genita, legitime conjugii possit.

Vnde Vibanus scribit Vitali Presbytero Bri- xoniensi dicens.

¶ Super quibus consulti nos tua dilectio; hoc videtur vobis ex sententia respondendum; ut & baptismus in, si in instanti necessitate foemina puerum in nomine Tri- nitatis baptizaverit, & quod spiritualium parentum filii vel filia, ante vel post compaternitatem geniti, possunt legitime conjugii, prater illam personam, per quam compater sunt effecti.

C. V. ¶ Qui ex compare vel commatre pect suscep- tos filios de fonte nati fuerint, conjugii non possunt.

¶ Nichil vero secundum partem compaternitatem geniti copulari prohibent, scribit Rhogno Episcopo.

¶ Post susceptum vero de fonte filium vel filiam spiri- tualem, qui ex compare vel commatre nati fuerint, matrimonio conjugii non possunt; quia leges seculi non emancipatos adoptivos prohibent copulari.

¶ Ad istam rem a cap. 3. referretur integrum hanc epistolam, in qua dicitur: cuius in nomine est in e. post uxoris. Infra ead. q. 4. & comatur post illud sequitur hoc caput, & deinceps e. perro duo- rum. ubi q. 2. & 3. Ipsius vero epistola auctorem & ipsi est aut- tenticam sententiam.

[Vnde e. libro 23. digestorum tit. de ritu nuptiarum, perpen- ditur in qua legitur.]

¶ Leonici. h. abt. et utas damnatione animas eorum, & Poly. ind. Anst. lib. 10. cap. 25. d. al. altore. e. Dentent. 4. dist. 42. 1. Sentent. 4. dist. 42. Poly. l. 6. tit. 6. Anst. l. 10. c. 34. §. 2. l. 6. 17.

C. VI. PALEA.

¶ Per adoptionem qua sita fraternitas eoufque impedit nuptias, donec manet adoptio: ideoque eam, quam pater meus adoptavit; & emancipavit, poterit uxorem ducere. Æque, & si me emancipato, illum in potesta- te retinuerit, poterimus jungi matrimonio. Itaque volenti generum adoptare, suaderet, ut filiam emanci- pet. Similiter suaderet ei, qui velit nurum adoptare, ut emancipet filium.

¶ Hac palea habetur in aliquot vetustis, à quibus ceteris abesse solent, & non distinguitur à superiore capite.

¶ Si qui vero aliquo fortuito casu filiam sua comma- tris uxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.

C. VII. ¶ Non cogitur quis dimittere filiam sua commatris, quam duxit in con- jugium.

Vnde in Triburienli concilio legitur, c. 48.

¶ Illud a etiam nec canonica institutione definitum, nec interdictione aliqua refutatum, sed propter eos, qui diverse de eo sentiunt; hoc loco aliquid commemora- mus. Si quis suæ spiritualis commatris filiam fortuito, & ita contingente rerum casu in conjugium duxerit, consilio maturiori servato eam habeat, atque honeste legitimo conjugio operam det.

QVÆSTIO IV.

R Elitiam vero commatris uxoris sua nullus in conjugium ducere potest.

C. I.

Vnde Nicolaus Papa scribit Constantiensis Epi- scopi Salomoni.

¶ Sicutitur à nobis sanctitas vestra; si aliquis ho- mo duas commatres habere valeat, unam post alteram: In quo meminisse debet scriptum esse: e [Erunt duo in carne una.] Ita que cum confiter, quia vir & mul- lier una caro per connubium efficiuntur, restat nimirum virum commatrem constitui illi mulieri, ejus matrimonio assumpta uxor commater esse videbatur: & idcirco- liquet, virum illi foemina non posse jungi in copula, que commater ejus erat, cum qua idem fuerat una caro effectus.

C. II. ¶ Otto annis poeniteat, qui duabus com- matribus commiscetur.

Item ex concilio Chalcedonensi.

¶ Si pater & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut si cum matre & filia, aut cum duabus fororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit; se- cundum antiquam & humaniorem definitionem octo annis poeniteat.

¶ In concilio Chalcedonensi nihil hujusmodi extat tractatum, aut definitum. Ex eo tamen refertur etiam in fragmento poeniten- tiali incerti auctoris: eodem modo citatur infra c. post uxoris.

C. III. ¶ Nullus duabus commatribus commiscetur.

Item Innocentius Exuperio Tolosano Episcopo.

¶ Si quis ex uno conjugio filium aut filiam alteri- us de sacro fonte suscepit, aut ad eum tenuerit, vel Christianitatis ministerium e dederit, ambo & vir & uxor commatres existunt parentibus infantis; quia vir & mulier caro una effecti sunt.

¶ Et uno] In plerisque vetustis exemplaribus, & eadem collectione decretorum incerti auctoris, legitur; si quis unus ex conjugio. In epistola vero Innocentii Exuperio Tolosano Episcopo scripta, hoc non habetur.

¶ Pars. E contrario invenitur in concilio Triburienli, cap. 47.

¶ Sent. ibid. Burch. lib. 37. c. 46. Ivo p. 9. c. 97. b. Sent. ibid. Ivo p. 1. c. 137. & p. 9. c. 31. Pann. 47. c. 63. & Gen. 2. d. Poly. l. 6. tit. 6. & al. mysterium.



C. IV. Uxorem comparari ducere potest, cuius ipsa commater non fuerat.

Qui spirituales habet compatiem, cuius filium de la- vacro sacri fontis accepit. & eius uxor com- mater non est, licet ex defuncto compare suo, eius viduam ducere in uxorem, si nullam habet consanguinitatis pro- pinquitatem. Quid enim? Nonquid non possunt con- iungi, quos nulla proximitas carnalis, vel nulla genera- tio recernit spiritualis?

C. V. De eodem.

Item in epistola Paschalis Papae secundi ad Rhogi- num Episcopum.

Post uxoris obitum cum commatre uxoris viri su- perstitis conjugio copulari, nulla videtur auctoritas, vel ratio prohibere. Neque enim cognationi carnis co- gnatio spiritus comparatur, neque per unionem e carnis ad unionem spiritus pertransitur.

3 pars. Notandum vero est, quod aliud est, commatrem a- licuius cognoscere, atque aliud, deestitam ab aliquo commatrem a- licuius fieri. Auctoritas illa Nicolai Papae, & Chalcedonensis synodi illam prohibet commatris sua uxoris matrimonio copulari, qui uxori sua obitum reddidit, postquam illius commater exstitit. Illa vero auctoritas Triburienfis concilii illos permittit matrimonio copulari, cuius uxor, postquam a viro suo derelinquitur, illius commater effi- citur, nec post copulationem a viro suo cognoscitur. Querit- tur autem, an uxor cum marito in baptismo simul debeat susci- pere puerum.

C. VI. Uxor simul cum viro filium alteri in baptismo non suscipiat.

De hiis scribit Vrbanus II. Vitali Presby- tero 1. Brixia.

Uod autem uxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate re- peritur prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paterni- tatis ab omni labe & infamia conservetur immunis, di- gnum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspira- re minime presumant. Quia vero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatibus, velut duabus foro- ribus, nupsit, magna iuxta modum culpae poenitentia sibi debet iniungi.

1 Presbytero] Antea legebatur Episcopo. Emendatum est ex exemplaribus vetustis, quae collatae sunt. Et eadem cautio est supra hac eadem causa, q. 3. super quibus.

Illud vero Triburienfis concilii: [Qui spirituales habet com- patrem, &c.] ante hanc prohibitionem dictum intelligitur: vel u- xor commater, accipitur, non ex eodem filio cum viro, sed ex alio.

QVASTIO V.

Uod autem clandestina conjugia fieri non debeant, Evaristus Papa testatur, scribens Episcopo Africae, epistola 1.

C. I. Clandestina conjugia fieri non debent.

Liter e legitimum, non sit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem ha- bere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a parentibus, & propinquieribus sponsetur, & legibus doretur, & suo tempore sacerdotialiter, ut mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paranympis, ut consuetudo docet, custodita & so- ciata, a proximis congruo tempore petita legibus de- tur, ac solenniter accipitur, & biduo, vel triquo orationibus vacent, & castitatem custodiant. Item.

a al. Suscipit. Sentent. ibid. Poly. l. 6. tit. 6. Burch. l. 17. c. 43. Ivo p. 2. c. 96. Pann. l. 7. c. 67. b Sent. ibid. Poly. ab. Anf. l. 10. c. 24. c. q. 11. unionem. d Sentent. ibid. e In capit. Caroli. lib. 7. cap. 63. Sent. 4. distict. 21. Poly. l. 6. tit. 4. Anf. l. 10. c. 2. Ivo p. 3. c. 4. Pann. l. 6. c. 31.

Ita peracta legitima scitote esse connubia: aliter vero praesumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel supra, aut fornicationes potius, quam legitima con- iugia esse non dubitare, nisi voluntas propria suffrag- verit, & vota succurrerint legitima.

1 Legitimum] In epistola ipsa emperignitur hoc, sicut a Patribus accepimus, & a sanctis Apostolis, eorumque suc- cessoribus traditum invenimus.

2 Detur] Antea legebatur, a legibus doretur, quod iam superius dictum erat. Emendatum est ex vetustis editionibus conciliorum, capitularibus, Anf. l. 10. & Ivone.

C. II. Nuptias occultas celebrare non licet.

Item ex decreto Hormisdæ Papae, c. 6.

Nullus a fidelis cuiuscunque conditionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdo- te, publice nubat in Domino.

Apud Burchardum, Evonem, Polycarpum, & in collectione, quae est tom. tertio conciliorum post decreta Alexandri tertii, part. 49. cap. 10. citatur similiter ex decreto Hormisdæ. Verum in secunda collectione decretalium, tit. de clandest. despons. citatur ex Alexan- dro tertio, qui primus auctor huius capituli esse non potest, quippe qui posterior fuit Gratiano.

C. III. Nuptiae publice celebrari debent. Item Nicolaus ad consula Bulgavorum, cap. 3.

Nuptiae tam mares, quam feminas non ligantur auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia foedera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quae futuri sunt nuptiarum promissa, foedera quoque e con- sensu eorum, qui haec contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur: & postquam arctis spon- sam sibi sponsus per digitum fidei anulo insignium de- sponderit, doremque utrique placitam sponsus eius scripto pactum hoc continente coram iuratis ab utra- que parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore, ne vi- delicet ante tempus lege definitum tale quid fieri praesumatur), ambo ad nuptialia foedera producuntur: & primum quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statu- untur, sique demum benedictionem, & velamen cele- ste suscipiunt. Item. Haec sunt, praeter alia, quae ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum solennium. Peccatum autem esse, si haec cuncta in nuptialia foedera non interveniant, non dicimus, quemadmodum Graecos videtur aliter dicere.

C. IV. In contrahendo conjugia ista sunt ob- servanda. Item Leo Papa.

Qualis debeat uxor esse, quae habenda est secun- dam legem, virgo casta, & desponsata in virginitate, & dotata legitime, & a parentibus tradita e, & a sponso, & a paranympis accipienda: & ita secundum legem, & Evangelium publicis nuptiis in conjugium li- quide sumenda, & omnibus diebus vitae (nisi ex consen- su, & causa vacandi Deo) nunquam propter hominum separanda; & si fornicata fuerit, dimittenda, sed illa vivente altera non ducenda, quia si adulteri regnum Dei non possidebunt, & poenitentia illius per scriptu- ram accipienda.

Burchardus etiam, Anf. l. 10. c. 2. & Panormia citant ex Leo- ne. Sed ferè idem in concilio Rhemensi Trosciano, c. 1. lib. 2. cap. ular. c. 29. referunt ex B. Augustino, & infra, 36. q. 2. c. 11. (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis verbis, & reliqua quae sequuntur in praedictis, videntur indicari quae in hoc capite continantur.

a Poly. ibid. Burch. l. 9. cap. 3. Ivo p. 1. c. 141. Pann. l. 6. c. 31. b Ivo p. 3. c. 6. Pann. l. 6. c. 9. c al. quaque. d Poly. l. 10. c. 2. Anf. l. 10. c. 3. Burch. l. 9. c. 3. e al. tradite sponsi, Ivo p. 1. c. 141. Pann. l. 6. c. 36. f 1. Cor. 6.



et vici
uberna,
ma con-
fuffragi-
re, ficut
ing: luc-

ur, quod
ditidm

occulle
faciedo

collebam,
vris, pnt
in fozm
Alexan-
ff), quip

ligia,
et ment
utahm,
e con-
quorant
his fpor-
itum de-
us ei cum
ab ur-
e, ne vi-
fici pra-
antur: &
tionibus,
m, ftatu-
amen co-
a, quod
folentia,
edere non
tracos vol

ff fecun-
ginnia-
ta, & d
ecundam
ugium li-
ex confe-
hominem
a, fe illa
regnum
ter legum

ant ex Leo
lib. 7. cap.
ria, fup
ta legum
mtrantur.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

am, lib. 1
p. 1. c. 1.
p. 2. c. 1.

1. **¶** fuerit] In concilio Trojeiano, & capitularibus sequitur, & vir qui roverit.
2. **¶** illius] In iustem legitur: & poenitentia illi recipienda.

C. V. ¶ Quomodo sponsus & sponsa ad benedictionem accedunt.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 13.
Sponsus & sponsa cum benediciendi sunt a sacerdote, a parentibus suis, vel a parantymphis offerantur: qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permanent.

1. **¶** Offeratur] Sequitur, in ecclesia sacerdoti, quæ ab his conciliis editis in iustem & eod. ab his manifestis, Burchardi & Ivo, nec habentur sup. dist. 23. c. fin. ubi hoc ritero affertur.

C. VI. ¶ Sine publico nuptiis nullus ducat uxorem.

Item ex concilio Arelatensi, c. 6.

Nullum a sine dote fiat conjugium: iuxta possibilitatem sui dotes: nec sine publicis nuptiis quisquam habere, vel uxorem ducere præsumat.

Item ex concilio Arelatensi, c. 6.
Nullum a sine dote fiat conjugium: iuxta possibilitatem sui dotes: nec sine publicis nuptiis quisquam habere, vel uxorem ducere præsumat.

C. VII. ¶ Quare scamina velantur, dum maritantur.

Temine & dum maritantur, ideo velantur, ut novitatem se semper matris suis subditas esse & humiles. Item, quod ab entes post benedictionem vitæ in vicem, quasi uno vinculo copulantur, videlicet ideo fit, ne compagem conjugalis unitatis distumpant. At vero quod eadem vitæ candido, purpureoque colore permisceatur, candor quippe ad mundiciam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur; ut hoc signo continentia: lex tenecha ab utriusque ad tempus admonetur, & post hac reddendum debitum non negetur. Item, quod in primis negotiis annulus a sponso sponse datur, ut hoc nimirum vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorū corda iungantur. Unde & quarto digito annulus idem infertur, quod in eo vena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat.

1. **¶** Vitis] In ordinatione Isidori Colonienfi legitur, vitæ uno vinculo copulantur, videlicet ne compagem, &c. In Vaticano autem codice, post benedictionem a Levita uno vinculum, &c.

2. **¶** Continentia lex] Sic emendatum est ex originali in p. & manifestis. Antea enim legitur, ut hoc signo & continentia, & lex continentia ab utriusque ad tempus admonetur.

C. VIII. ¶ Nuptia dicuntur ab obnubendo, eo quod caput suum obnubere solent.

Item Ambrosius in libro d. de Patriarchis.
Nuptia e illud otiosum, quod cum veniet Rebecca, f. nuptia e ambulans, & cum interrogasset, quis esset, cognovit, quod ipse esset, cui duceretur uxor, descendit, & ex patrum obnubere cepit, docens verecundiam nuptiarum prae debere. Inde enim & nuptia dicitur, quod pudoris gratia se puella obnubere.

2. **¶** pars.] Sed obicitur præmissis: Multa sunt, quo prohibentur, quæ si sunt, ex post facto convalidantur: Prohibentur reverentia matrimonii contrahere, quæ tamen si contraxerint, in violata

a. **¶** Sup. end. aliter. b. **¶** Inl. antecess. consti. 7. 4. ca. 4. Sent. 4. dist. 28. l. 1. p. 8. c. 4. 4. & par. 16. c. 1. 4. 2. Pann. l. 6. c. 7. c. **¶** Epist. 2. d. **¶** Epist. 1. c. 2. e. **¶** 2. Cor. 4. f. **¶** Sup. 2. q. 1. Deus omnipotenti. 20. Ansel. l. 3. c. 67. g. **¶** Rom. 14. h. **¶** Et in decretis Iulii, cap. 31. & in c. Hadriani, cap. 26. & in c. 1. s. cap. 2. 46. i. **¶** Polje. l. 5. tit. 1. l. 1. p. 6. c. 316. & 317. Pann. l. 4. c. 119. & 104.

permanere oportet. Sic & clandestina conjugia contra leges quidem sunt, tamen contracta diſſolvi non possunt, quia ex legitimo voto subsequente corroborantur. Vnde Evaristus cum dixisset a [aliter præsumpta non sunt conjugia, sed adulteria] addidit [iusti voluntas propria suffragaverit, & vita succurrat legitima.]

C. IX.

Item etiam in novellis.

Si quis b. divinis tactis scripturis juraverit mulieri, legitimum se eam uxorem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit, sit illa legitima uxor, quamvis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit.

1. **¶** Vxor] Apud Iulianum antecessorem, ex qua videtur sumptum hoc capitulum, sequitur, si tamen ei conjuncta fuerit.

Hic ita respondetur. Conjugia, quæ etiam contrahuntur, non negantur esse conjugia, nec jubentur dissolvi, si utriusque confessione probari poterint: verum tamen prohibentur, quia in iura voluntate alterius eorum, alterius confessione fides iudici fieri non potest. Unde publice, cum alterius vota in alteram partem se transferunt, pro prioris conjugio, quod iudici incertum est, sententia fieri non poterit: incerta enim (ut Sixtus Papa scribit c. Episcopus per Hispaniam constitutus) nemo Pontificum iudicare præsumat: & quamvis vera sint, tamen credenda non sunt, nisi quæ certis indicis comprobantur; nisi quæ manifesto iudicio convincuntur; nisi quæ iudicario ordine publicantur. Hinc etiam Vellor Papa & scribit Theophilo Episcopo. [Incerta, charissime, nullatenus iudicemus, quousque veniat c. Dominus, qui latentia producit in lucem, & illuminat ab obscuritate tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quamvis enim vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis indicis comprobantur, nisi quæ iudicario ordine publicantur.]

C. X. ¶ Ante iustam probationem nullus est iudicandus aut damnandus.

Item Evaristus Papa, epist. 2. omnibus Episcopis.

Nullum f. ante veram iustamque probationem iudicari aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait: [Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino suo stat aur cadit.] Mala itaque audita nullum moveant, nec passim dicta absq; certa probatione quicquam unquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne precipitando quidquam aliquis agat.

C. XI. ¶ Non sunt aliqua iudicanda prius, quam certis demonstrentur indicia.

Item Eleutherus Papa, b. epistola ad Galatas provincias.

Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere: interrogandi, respondendi, obijciendique præbita patientia ab eo, ut ibi actio amborum partium illuminata, si sit plene: nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obviare, nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in questione, quod proponant: & tamen actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniat. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermisum forte remaneat, quod annecti conveniat.

1. **¶** Illuminata] In loci indicatu legitur limitata, in plebis, autem vetustis Gratiani exemplaribus, illuminata.

a. **¶** Sup. end. aliter. b. **¶** Inl. antecess. consti. 7. 4. ca. 4. Sent. 4. dist. 28. l. 1. p. 8. c. 4. 4. & par. 16. c. 1. 4. 2. Pann. l. 6. c. 7. c. **¶** Epist. 2. d. **¶** Epist. 1. c. 2. e. **¶** 2. Cor. 4. f. **¶** Sup. 2. q. 1. Deus omnipotenti. 20. Ansel. l. 3. c. 67. g. **¶** Rom. 14. h. **¶** Et in decretis Iulii, cap. 31. & in c. Hadriani, cap. 26. & in c. 1. s. cap. 2. 46. i. **¶** Polje. l. 5. tit. 1. l. 1. p. 6. c. 316. & 317. Pann. l. 4. c. 119. & 104.

Ex praemissis manifeste colligitur, quod pro incerto a certu recedendum non est: nec in re dubia, certa danda est sententia. Cuius autem fides dubia rei, nisi testium approbatione, vel legitima confessione iudici fieri non valeat, testes autem auctoritate Calixti Papae a de alio casu vel negotio testimonium dicere non valent, nisi de his, quae sub eorum praesentia facta noscuntur, apparet clandestina conjugia ideo esse prohibita, quia cum alter eorum conjugalem affectum se ad alterum habuisse negare voluerit, legitimi probationibus convinci non poterit, quibus deficientibus, iudicis sententia rite absoluta, reatum adulterii uterque incurrit, dum utroque eorum in venite aliu se copulaverit b.

CAUSA XXXI.

Mortem cuiusdam alius consumpavit: eo mortuo, adulter adulteram sibi in uxorem accepit: filiam ex ea susceptam eandem in conjugem se datum iuravit: illa assensum non prebuit: deinde pater aliam tradidit: a primo repugnavit.

- 1. Quartum an possit duci in conjugium, quae prius est polluta per adulteram.
- 2. Secundo, an filia in vita sit tradenda alicui.
- 3. Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii.

QVAESTIO I.

Adulterio polluta prohibetur duci in conjugium, auctoritate Leonis Papae, quae dicitur.

C. I. ¶ Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium.

Nullus e ducat in matrimonium, quam prius pollutavit adulterio.

C. II. ¶ Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius pollutavit adulterio. Sed Augustinus e contra refutatur, scribens ad Valerium de nuptiis, & concupiscentia, lib. 1. cap. 10.

Denique a mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri i potest conjugium, cum quo praecessit adulterium. Item in libro de bono conjugali, c. 14. ¶ Possit sane fieri nuptias ex personis male junctis, honesto placito postea consequente, manifestum est.

¶ Fieri potest conjugium] In editoribus operum B. Augustini, & uno Vaticano codice, unoq, item Gratiani exemplari legitur, fieri verum connubium non potest. In duobus vero Vaticanis recentioribus ejusdem libri abest negatio.

Hac ultima auctoritas Augustini de connubio loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam, dum vivente viro suo quocumque ducit in conjugium, committit adulterium: casus adulterii aliquam habet remissionem, dum ejus copula creditur esse licita. ¶ Illud vero Leonis Papae de ea intelligendum est, quae a viro suo non erat repudiata, cuius vir vobis vir, reddens ei conjugale debitum.

C. III. ¶ Nullus ducat in conjugium, quam pollutavit prius per adulterium.

Unde in concilio apud Althum habito praesente Conrado Rege statutum est, cap. 6.

Illud e vero communi decreto, secundum canonum institutionem definitum & praedictam, ut si quis cum uxore alterius eo vivente fornicatus fuerit, mortuente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne

a 2. Quae. 7. testes. b vide const. novam synodi Trad. sess. 74. in decr. de for. matrim. c. 1. c. Sent. 4. dist. 35. d. Sent. ibid. l. 100 p. 8. c. 10. Pamm. l. 6. c. 45. e. In Tribur. cap. 31. Burch. l. 9. c. 74. l. 100 p. 8. l. 21. Pamm. l. 7. c. 10.

ulterius ei conjugatur matrimonio, quam prius pollutavit adulterio. Nolumus enim, nec Christianae religioni convenit, ut illis ducatur in conjugium, quam prius pollutavit per adulterium.

Hic subaudiendum est, nisi prius per actum poenitentiae, & si sit in morte, vii machinatus fuerit: vel si vivente viro fidem alteri non dedit, se sumpturum eam sibi in conjugem, si viro ejus superaveret.

C. IV. ¶ Post mortem viro non potest adulteram in conjugium ducere, qui viro vivente iuramentum sibi futurarum nuptiarum praebuit.

Unde in concilio Triburiensi legitur.

Relatum a est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem supro violasse, & insuper moecha vivente viro suo, iuramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset duceret uxorem, quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus & anathematizamus.

¶ Huius capituli sententia quidem est in canone 40. concilii Triburiensis, quod exat. Sed cum Burchardus hoc citet ex cap. 3. videtur alterius esse, quod desideratur.

C. V. ¶ Post peractam poenitentiam poterit viduato in conjugem ducere, quam viro vivente per adulterium pollutavit. Item in eodem b.

Si quis e vivente marito conjugem illius adulteravit, & deo in proximo defuncto, eandem sumptim se dinoscitur, omnimodis publice poenitentiae subicitur d. De quo etiam post poenitentiam praefatam i, si expediterit, servabitur regula: nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur, aut propinquitas, vel alia quilibet actio criminalis impediatur. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe conjugii maneat perpetuo cum poenitentia.

¶ Burchardus & Ivo citant ex concilio Meldensi, ca. 65. ubi habetur. In Decretalibus vero tit. de eo, qui duxit, m. n. e. quam pol. per adul. c. cum haberet. Clemens vii. hoc ipsum citat ex concilio Triburiensi, ut Gratianus & Panormia.

¶ Praefatam] In Meldensi legitur, praefata, ut videtur regula iam ibi tradita, c. 65. & citatur infra 36. q. 2. si autem.

C. VI. PALEA.

[Item ex concilio apud Vermerias.]

Si qua e mulier in morte mariti sui cum alio concundo occiderit, si probare potest ille vir eam rem esse consilii, potest (ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere, & si si voluerit aliam ducere. Ipsa autem infideli poenitentiae subiecta absque spe conjugii maneat.

¶ Hae palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus palea esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias etiam in excerptis decretorum monasterii B. Trudonis, & apud Burchardum & Ivoem: quamvis in Decret. tit. de divor. c. prima, errorum vulgati codicibus sit; Ex concilio apud Vormaciam. Quod quidem in titulo huius palea legebatur, ex concilio Elibertano apud Vermerias. In dulla vero est dictio, Elibertano, quae spectat ad sequens capitulum. Palearum enim interpretatio sepe in vero in titulo occasione huiusmodi erroribus dedit.

¶ Et si voluerit aliam ducere] Absque hac ab Ivoem In Decretalibus autem legitur, potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere.

a Sent. 4. dist. 35. Burch. lib. 9. cap. 66. l. 100 p. 8. c. 102. Pamm. l. 6. cap. 9. b In Meldensi, cap. 69. c Burch. l. 9. c. 65. l. 100 p. 8. c. 102. Pamm. l. 9. c. 112. d al. subligatur. e extra, de divor. l. 1. l. 100 p. 8. l. 21. Pamm. l. 7. c. 10.

